

Nos demq; Romualdus vir gloriosissimus et cunctis dux Langobardor; gentis.  
Concessimus vobis deusdedit venerabili abbati montis casini et in monasterio sancti  
benedicti confessione xpi in quo sacratissimum corpus eius humanatum est. hoc est  
territorio nro in loco qui nominatur fluuio lauro. et sine posita per ipso fluuio et  
usq; in uia brutum et sine fara. et usq; in lacu zuiuio. et vulturara et sine mandra  
corbuli et sine capitina. et sine suprascripto fluuio qui fuit ipso territorio sub  
actione talsi gastaldi nro quatinus ab hodierna die imperpetuum habeatis  
et possidatis tandem q; supra deusdedit venerabili abbati monasterii sancti  
benedicti de monte casini quam et successores vros qui in preterito monasterio sancti benedicti de monte  
casini fuerunt ut a nulla parua magnaq; persona videlicet Princeps dux comes  
marchio. Vicecomes. gastaldus. Iudex. exactor. neq; a nullo quempiam hominem  
nullam habeatis aliquando aliquam questionem uel contradictionem sed perpetuis  
temporibus per hunc uerum firmissimum preceptum securiter et firmiter habere  
et possidere ad utilitatem prescripti monasterii valeatis ipse prenominatione terrie  
qualiter superius per fines declarate sunt. et cum omnibus ibi nris habitibus  
sicut et super et cum nris suis ibidem intrandi et exeundi. et cum montibus  
plano. campis. siluis. aquis. molendinis. pratiis. pascuis. atq; paludibus. terrie  
cultis et incultis omnia et in omnibus qualiter fuis declaratus est concessimus  
in prescripto monasterio et eius rectoribus atq; custodibus ad faciendum de ea oia  
que eis placuerint. Si quis autem quod non optamus nefario ausu presumpserit  
hoc quod ad laudem dei pro stabilitate iurisdictionis monasterii concessum sunt contra  
dicere uel quolibet modo aliam contrariam inde ingerere sciat se compositurum  
auri purissimi libras quingentas medietatem emere nre et medietatem preteriti  
monasterii. Quod uero preceptum concessione ex uisione suprascripte ptatis  
dictam ego per suum vicecomitem. et referende tibi grauloni not. scribende. acto 17  
quarto ad biseno in palacio mense octobris indictione secunda feliciter. :)

Venditio adepti de curte casale mari. :)

**I**n Nominem dni nri ihu xpi dei eterni. Ego adelpertus notum facio ad posteror;  
memoriam de quadam curte mea quam habeo in termino loco qui uocatur ca  
sale mari ad sanctum georgium que curtis appellatur de theodosio. Quam  
videlicet curtem vendendi domino deo deit venerabili abbati monasterii sancti  
benedicti qui situm est in monte casino ubi sacratissimum corpus eius humanatum  
est. In eodem uero sancto loco ob fratrium necessitatem tradidi suprascriptam curtem  
meam pro qua recepi quingentos solidos aureos. cum casis. siluis. terrie. vineis  
pratiis et aquis. simul cum ipso pascuo meo quod habebam in termino per test  
quatas fines. Ab uno capite zuiuio qui decurrit a sancto georgio in binarium  
et usq; ad bisenum. Ab altero capite mare a latere bisenum. ab alio latere  
ziuiuio uuius qui descendit in mare. Hanc demq; curtem cum oibus pertinentiis  
suis in eodem sancto cenobio montis casini imperpetuum delego et confirmo pro  
quia a deusdedit abbate dignum precium recepi. Unde ego suprascriptus adelpertus  
obligo me et omnes meos heredes seu parentes ut ad partem suprascripti mon  
sancti benedicti molestacionem aut molestantiam seu quancumq; Iacturam imperpe  
tuum non faciant. Quod si ego suprascriptus adelpertus aut mei heredes seu  
parentes hanc cartulam vendicionis disumpere aut remouere quehincunq; partem